

**¶ Nota**

Juxta modum supradictum ut non statim euolent. **¶** Primum est forme indulgentie taratio. ut si dicit indulgentiam plenam omnium peccatorum suorum de penitencia sibi iniuncta indulgemus tunc si morietur non statim euolaret quia maior penitencia debuit sibi iniungi. igitur ponitur in purgatorio. **¶** Secundum est alicuius peccati ignorantia vel oblitio quia non nisi de contentis consecutus est indulgentiam. **¶** Tertium est peccati mortalis sequentis indulgentiam peccatio de quo licet postmodum confiteatur per satisfactionem non tamen consecutus est indulgentiam. **¶** Quartum est culpe venialis in expurgatio cum qua contritio et confessio possunt decedere quia simul stat cum gratia a qua secundum augustinum nisi anima expurgetur ad consortium celestis sponsi admitti non potest. **¶** Si ergo ista quatuor contritos et confessos non impediant aut concurrant.

**¶** Illa que dicta sunt ex parte facientis indulgentiam et ex parte recipientis patet quod papa potest sic a tota pena et culpa absolueret ut per ignem purgatorij non transeant. **¶** Et istud ad presens probatur tribus rationibus. **¶** Prima christus dominus potest totam penam tollere ergo et papa tenet consequentiam per illud apostoli secunda ad corinthios. **¶** Secundo. **¶** Si quid vobis donauit propter vos donauit in persona christi gloria ac si christus donasset ne irrita donatio videatur. que propter amicos fit. **¶** Secunda ratio vniuersus potest per alio satisfacere secundum intentionem facientis sed christus meritum sue passionis applicat per satisfactionem omnium de ecclesia ergo applicatum eis per communicationem indulgentie modo supra dicto per omnibus est satisfactum. **¶** Tercia ratio illud quod est valoris infiniti. **¶** Juxta illud sapientie septimo infinitus est thesaurus datus hominibus quo qui vti sunt facti sunt participes amicitie dei. debitum ergo quodcumque poterit et potest solvere

**¶** Ad primum ergo argumentum motum dicendum quod ordo diuine iusticie non tollitur quia culpe correspondet pena vel propria aut aliena per ipso et in communicatione indulgentie tollitur pena per culpa ratione pena christi patientis per suis membris non per se qui peccatum non fecit etc. **¶** Ad secundum dicendum quod culpe mortali debetur infinita pena ratione offense dei qui est infinitus et ideo ex virtute eius poterit relaxari omnis pena debita culpe in eum commissa. **¶** Ad tertium dicendum quod retardatur in purgatorio pro peccato non confessio sicut supra dictum est. **¶** Ad quartum dicendum est dummodo impleat causam indulgentie et stens in maiori caritate vel minori et faciens plus per utilitate ecclesie vel minus secundum formam datam quilibet pariter euolat. **¶** Sed vnus de premio essentiali plus consequitur de gloria quam alius.

**¶** Quartum dubium an papa per communicationem indulgentie possit pueros non baptizatos in limbo existentes absolueret. **¶** Et videtur primo quod sic quia in potestate maxime videtur mereri et indulgentiam recipere sed pueri non potuerunt peccatum originale vitare igitur indulgentia maxime eis debetur. **¶** Secundo sic indulgentie sunt virtute passionis christi sed pueri sunt potissime capaces passionis christi cum non contraxerint nisi peccatum originale ad quod tollendum principaliter christus passus est. **¶** Tercio sic qui per alium peccauerunt iustum est per alium eos liberari sed pueri per alium peccauerunt quia per adam iustum est ergo ipsos per libellum liberari. **¶** Dicit enim apostolus ad romanos quinto quia sicut vnus hominis delicto multi mortui sunt ita vnus hominis gratia donum dei in plures habundauit. **¶** In oppositum est quia indulgentia non communicatur nisi habenti gratiam sed pueri illi non habent usum liberi. nec gratiam sacramenta-